



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs Vndecimvs, Heb. Dvodecimvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

IN PSALMVM  
PSALMVS VNDECIMVS,  
HEB. D VODECIMVS.

Ad uictoriam super octauam psalmus David.

De octaua seu ogdochora cithara, psalmo, vj, abunde dictum.

**S**ALVVM me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam  
diminutæ sunt ueritates a filiis hominum.

IRATA charitas hoc psalmo loquitur, quæ zelum dei dicimus. Sicut Apo  
stolus. ij. Cor. x. eodẽ affectu loquitur: Aemulor uos æmulatione dei. Loquitur  
autem in eos qui in populo dei, ministerio uerbi, præfunt, & sua cū magna per  
nicie animarum, p dei uerbis, docēt, abusi potestate docēdi, deprauātesq; pu  
tam & sincerā legis diuinæ doctrinam. Quales David suo tempore & passus  
est, & tẽpore adueniētis Christi futuros præuidit. In quos Christus Mat. xxij.  
inuenitur, dicēs: Væ uobis scribæ & Pharisæi, hypocritæ, qui clauditis regnum  
cælorum ante homines: Vos enim nõ intratis, nec introeuntes sinitis intrare,  
Et Lucæ. xj. Væ uobis legis peritis, qui tulistis clauẽ scientiæ (id est potestatem  
docendi) uos non intratis, & eos qui intrabant, prohibuistis.

Quo patet, non de hæreticis agi, nec de persecutoribus hoc psalmo. Nisi hæ  
reticos censi oportet eos, qui ceremonijs, & a se repertis opusculis bonis, ho  
minum capiunt animas, si de dei (quæ una docēda est) neglecta: quales hodie  
sunt, magis q; futuri sunt, si mūdus durabit. Jurisperiti, Theologi, religiosi, pon  
tifices, humanis sciētijs & traditionibus, id est, tã speculabilibus, q; moralibus  
suis perditis & perdētis. Nec hoc solum indignatur Propheta, q; sint tales ma  
gistrũ uilissimi, sed q; tã multi sunt & soli, ut nullus ferme sit reliquus, qui recta  
doceat: quo indicat psalmũ ipsum, ad perditissimum aliq; seculũ pertinere,  
quale fuit tempore Christi, & nũc est nostro. Ideo tãto æstu exorditur, dicens,  
Saluũ me fac dñe, qm̃ defecit sanctus. Ac si dicat illud Michæ. vij. Væ mihi,  
quia factus sum sicut qui collegit in Autumnno racemos uindemiæ, non est bo  
trus ad comedendum, præcoquas ficus desyderauit anima mea: Perijt sanctus  
de terra, & rectus in hominibus nõ est, omnes in sanguine insidiantur, uir fra  
trems suum ad mortem uenatur: Malum manuum suarum dicit bonum, prin  
ceps postulat, & iudex in reddendo est, & magnus locutus est desyderium ani  
mæ suæ: Et cõturbauerũt eum q; optimus in eis est quasi palurus, & q; rectus,  
quasi spina de sepe &c. Quibus uerbis non modo idem quod hic psal. sentit,  
sed & speciem simul taxat eorũ, qua hæc mala uestiunt & bona uideri uolunt,  
in spiritu enim loquitur, quæ fide sola intelligi oportet. Agitur enim hic illud  
Prouer. xx. Sicut aqua p̃funda, sic cõsiliũ in corde uiri, sed homo sapiens ex  
hauriet illud. Multi homines misericordes (id est sancti, seu homines gratiæ &  
uiri misericordiæ, quales tñ non sunt) uocantur: Fidelem autẽ uirũ (id est, fide  
ac reuera iustam, seu misericordẽ) quis inueniet? Adeo scilicet species regnat,  
& p̃funda est aqua ista consilij & affectus eorũ, quã non nisi sapiens exhaurit  
(id est, quos nõ nisi uere iusti queat discernere) ceteris oibus per speciẽ & mul  
titudinẽ magnitudinẽq; falsis. Et hæc p̃ditio multitudinis discriuat Propheta  
huius spiritum, ut sic exclamet, & sine ulla præfatione, aut captatione beneuo  
lentiaẽ inchoet, & deum imploret pro salute populorũ.

Z ij Hebraus

Hebraeus absolute habet **רפואה** Oſia, id est ſalua, ſeu da ſalutē, nō ſalua me fac. Vehementius autem ſonat: Salua, ſeu da ſalutem, q̄ ſaluū me fac. **בארמְהַרְגִיךְ גוֹת**. Vbi omiſſa præſatione in præſentiam periculi interueniſſime clamāt & inuocant. Sic & Propheta pereuntis populi affectu ardētis ſine præſatione erumpit, ualida oratione dei auxilium, implorans.

Sanctus hoc loco **רפואה** haſid eſt, quem pſal. iij. Hieronymus miſericordem tranſtulit. Mirificauit dominus ſanctum ſuum, id eſt, miſericordiam conſuetum, ſeu gratia dei iuſtificatum, qui in fide ſeruatur, nō in operibus & uirtutibus ſuis, nec hominum ullorum.

Veritates diminutæ ſunt a filijs hominum, id eſt non ſunt inter homines ueritates, id eſt fidelitas. Hebræa lingua poteſt dicere plurali numero, nō ſunt in hominibus fides, ſicut & deus ſalutariū noſtrorū, ubi nos deus ſalutis noſtra, & inter homines nō eſt amplius fides, dicimus, ſicut dicitur: Nuſq̄ uita fides. Neq̄ ueritas plurali numero in uſu eſt. Quod dico, ne quis diminutas ueritates intelligat a filijs hominū, quaſi filij hominū diminuerint ueritates, quāq̄ hoc uerum ſit, ſed q̄ præpoſitio, a, debet exponi per, inter, uel de, uel ex, ut ſi ſenſus ille Iſa. lvij. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & uiri miſericordix colliguntur, & nō eſt qui intelligat: A facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Et quod ex Michea retulimus: Perijt ſanctus de terra &c. Vult enim dicere non eſſe amplius fidem in hominibus (quæ hebræis cum uocabulo ueritatis conſonat) & uiros qui gratia iuſtificantur deſiſſe, abundare uero iuſticia rios hypocritas, qui ſuis uiribus, ſuis operibus, ſuis legibus, ſuis meritis ſeſe & omnes alios perdant, magno titulo & nomine ſalutis.

*Abundant  
hypocrite.*

Hyperbolen facit uehementia affectus, nō enim aliquando non ſunt ſancti & fideles Chriſti in terra, & tamen dicit: Deſecit ſanctus, finiti ſunt iuſti, conſummati ſunt deo grati. Qua figura & uulgo hodie oēs querūtur: Non eſſe in hominibus ullam fidem, & oīa fraudulēta geri. Quæ in fidelitas, teſtimonium eſt & argumētum interioris fidelitatis extinctæ, ſic ex fructibus arbor cognoscitur. Qui enī fidelis deo eſt, & hominibus fidelis eſt, ſine fide enim & gratia dei, impoſſibile eſt hominem nō querere, quæ ſua ſunt, id eſt, in fidelem etiam hominibus eſſe. Vnde Micheas. vij. cum dixiſſet, non eſſe rectum in hoībus, mox & fructus malæ arboris pſecutus dicit: Nolite credere amico, nolite cōſidere in duce: ab ea quæ dormit in ſinu tuo (Ecce periphraſin uxoris) cuius clauſtra oris tui, quia filius cōtumeliæ facit patri, & filia cōſurgit aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuā, & inimici hominis domeſtici eius. Et impij cum tales ſint, nihil minus tamen eſſe & uideri uolunt.

*Querere que  
ſua ſunt.*

Vana locuti ſunt, unusquisq̄ ad proximum ſuum labia dolosa: in corde & corde locuti ſunt.

Diſtinctio uerſus hebræi eſt poſt, dolosa. Queritur ergo, q̄ pertineant grammatica Syntaxi, labia dolosa: Non enim, labia dolosa locuti ſunt, ſed locuta ſunt, dicendum erat, ſi noſtri textus diſtinctio ſeruanda fuit: Niſi dixeris, q̄ locuti ſunt labia dolosa, in accuſatio figuratiue, pro eo quod eſt, locuti ſunt uerba dolosa, quæ labijs proferuntur. Poterat ſic reddi: Locuti ſunt labijs dolosis. Puto ambiguitatem hic libertatem quoq̄ parere, ut poſſimus uerſum in tribus membra partiſi, hoc modo hebræum reddendo: Vanum locuti ſunt, uiri cuiusq̄ proximo ſuo labium blanditiarum, corde & corde locuti ſunt, hoc eſt, quilibet

quilibet Doctor uana docet, & est unicusq; uiro, ad proximum suum labium blandum, & duplici corde loquuntur.

Primum, uana loquuntur, id est, frustranea, ut quæ nō profunt ad salutem, Vana prædicantes. quæ tñ ipsi (ut saepe diximus) utilissima sola & saluberrima uidentur, q; enim fictione de uaniloquio priuato & confabulationibus, sed de ministerio uerbi loquantur ex sequentibus patebit, ubi eloquia domini opponit his uaniloquis mentium deceptoribus. Et illud: Unusquisq; ad proximum suum labia dolosa, vir tropheo hebreo tropo uisitato dicitur. Sicut illud Canticorum. iij. lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiūt, uir, gladius super femur suum, qd nos dicimus, Et uniuscuiusq; gladius super femur suū. Ita hic: Vana locuti sunt, uir ad proximum suum labium blandum, hoc est, quilibet blanditur proximo suo, ad proximum suum labium blandum, hoc est, quilibet blanditur proximo suo, dum nō dicit uerbum crucis uere, alioquin uana nō persuaderent, nisi blanda & placentia loquerentur. Nam qd hic dolosa ponitur, & psalmo. v. dolose agebant. Hieronymus illic reddidit: Et linguam suā lauificant, in est, mollem blandam, adulatricem faciūt. Hi sunt, qui homines pruriunt auribus, quos ex emplo huius psalmi Paulus non aliquot, sed acruandos esse, prædixit, id est, multiplicādos, ut deficiant sancti. De quibus abunde dictum psalmo, v. & ix. Nec tñ satis dici potest, adeo profunde malus est affectus naturæ, præsertim in rebus his spiritualibus & quæ ad deum pertinent, non enī est subiecta prudentia carnis deo, sed nec potest, ait Apostolus Ro. viij.

Corde & corde potest referri ad eādem personam, ut his dicatur duplici corde de loqui, q aliud sentit & aliud fingit, quo modo hic accipi permitto. Verum ego ad diuersas psonas refero, quia sicut uerbo dei sincero facit Christus habitare unius cordis in domo, psal. vii. Et habitare fratres in unum, psal. cxxxij. Et credētium cor est unum, & anima una in dño. Act. iij. Est enim una fides, unus dñs. Ephes. iij. Ita ecōtra apud impios, qbus uera & unica fides deest, impossibile est, ut uno corde sint, sed necesse est partium studia, factionesq; inter eos abūdare. Nunq; enim orta est secta, ex qua nō mox alie sint natae. Sic syna gogatepore Christi habuit Phariseos, Zaduceos, Essæos, Arriani pepererunt, Ennomianos & Macedonios, Donatistæ, Maximianistas. Et hodie Aristoteles, Scotistas, Thomistas, Occanistas. Sic Apostolus heb. xij. Varijs & peregrinis doctrinis nolite abduci. Qui alibi eos omni uerō doctrinæ circumferri, & semper discētes, nunq; ad ueritatē peruenientes, scribit. In his oibus nunq; est unum cor, & si in hoc cōueniant, ut omnes uana loquant, & quisq; suæ factioni blandit, suas opiniones, dogmataq; corroboret. Quare diuisionem istam sectarum per diuisionē cordis intelligēdam puto. Sicut Daniel. xj. Cor duorum regum ad unam mensam mendacium loquentium describit.

Ideo & plurali numero loquitur, ne de una aliqua solum secta loqui intelligatur, cum psal. ix. Antichristum ferme singulari numero expresserit. Et Epitafis est. In corde & corde, quia scd m faciem aliquando conteniunt, scilicet, contra ueritatem. Sic psal. ij. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Qui tamen inter se diuersissimi Pharisei, Zaducei, Romani, Gētiles & alij fuerūt. Hoc Sampson in uulpibus ostendit, quarum caudas coniunxit faciebus in diuersa ueris. Vulpium enim facies, est impiorum cōditio apud deum & spiritu cognita, ubi sunt factiosissimi, Cauda est extremitas, & qua psona sunt in oculis hominū, ubi conueniunt in unum in igne persecutionis ad perdendas segetes terræ, Z iij id est,

id est, doctrina & operum fidei, seu spiritus vastationem. De his & Osee  
uisum est cor eorum, nunc interibunt. Cum promississet, se d' m multitudine  
fructus multiplicauit altaria uitae Israel, id est in sectas diuisa est. Hoc est quod  
Prophetam exclamare coegit sanctum deficere. Quod multe essent sectae  
tamen omnes contra ueritatem fidei deuorantes uniuersum populum dei. Quae  
omnibus resistet, quando uni uix resisti potest: Sic Ecclesia & hodie habet se  
ceteris quotidie nouis repertis, ueteribusque auctis, in minutissimas partes con-  
fissa, interim charitatis unitate profus neglecta.

Hodiernae Ec-  
clesiae status.

Disperdat dñs uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

Scilicet, nisi deus disperdat, locustas, erucas, bruchos istos, ut Ioan. j. uocat  
frustra pugnat sanctorum industria. Et aptius dixisset interpret (quando qui-  
dem per uerbum hebraeum, licuit) Excidat dominus. Solent enim lingua & la-  
bia excidi. Alioquin (ut Iacobus ait) nullus hominum linguam domare potest.  
Sed spiritualem excisionem imprecatur, quae est, ut mutatis impijs, aut ab ossi-  
cio mortis, aliud doceant, ueram scilicet, crucis sapientiam.

Cur non fuit satis dicere: Labia dolosa (id est, leuia & blanda) sed addit uni-  
uersa? Nisi quod ad multitudinem factionum respexit, non unius tñ, sed uniuersa-  
rum labia & blanditias petens disperdi, cum uniuerse uana loquatur. Recte  
interpret coniunctionem, & adiecit, quae in hebraeo non est. Et linguam magni-  
loquam, quod hebraice duobus uocabulis dicitur: Locutricem magnorum,  
quod non tantum de rebus magnis (ut iactare solent impij) intelligitur, sed &  
de superbia, qua piam doctrinam contempnim opprimunt, & suam cum gloria  
statuunt. Vel ut caudam uulpis interpretaris, quae magna est & pilosa, minime  
tamen corpulenta & carnosa, plusque toti corpori, praeterim capiti cogruat. Ita  
impietas maior in specie & pompa, quam re ipsa. *Es ist ein fuchs (schwanz).*  
Quae bestia, dolis & astutia insignis, non frustra in scripturis assumitur, in argu-  
mentum prudentiae carnis astutissimae & dolosissimae, quae in rebus sacris & mi-  
nisterio uerbi omnia monstrat perpetrata in scripturis praedicta.

Cauda uulpis.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a  
nobis sunt, Quis noster dominus est?

Explicat, quae sit, & quid dicat lingua magniloqua, scilicet, quae superbissi-  
me & contemptissime in piorum doctrinam loquitur. Primo, magnificemus,  
id est roboremus, stabiliamus, confortemus nostra dogmata, contra: Dirum-  
pamus uincula eorum, & projiciamus a nobis iugum illorum, destruamus, quae  
pij aedificat, linguam eorum infirmemus & compescamus, nobis attrahamus  
populos, populique principes. Non quod contra pios sese agere putent, sed obsequi-  
um deo prestare sibi uidentur, si linguam suam magniloquam & dolosam ro-  
borent, inque multos propagent, tanquam sinceram & humilem. Ita, ut solum deum  
hic iudicem habere oporteat.

Deinde: Labia nostra a nobis sunt, quod Hieronymus, Nobiscum sunt. Aug.  
Apud nos sunt. Ego uelle dicere: Labia nostra, nostra sunt, ut Emphasis sit in  
posteriore pronomine, Nostra, quo intelligatur iactantia potestatis, & clauis  
sciētia. Ac si dicant: Nemo audiat alios praeter nos, nos sumus magistri popu-  
lorum, nostra audire oportet, & (ut in Ecclesia turgent inflati pontifices, ponti-  
ficumque Bullae) nostrum est interpretari scripturas, nostrum condere leges, no-  
strum

In magistris  
nostros.

strum probare & damnare, cuiuscunq; dicta & scripta, uel sola potētia clauis.  
 Vnde per pronomen, Nostra, significetur impij, omnibus adimere facultatem  
 docendi, iudicādi, dicēdi, & sibi solis rapere ac uendicare, etiā si sint iuxta indo-  
 cillimi & impijissimi oium. Quod ego tribuerem & nolui seculi hominibus,  
 nisi illis deesset species & cauda uulpis. Nā inscitia & impietas eorū est oibus  
 manifesta, nec apparet uel pilus huius caudæ, id est sciētia & sanctitatis, præter  
 nomen & opinionem uulgi, qua tamen fortius confidunt, q̄ ulli fecerunt, qui  
 speciosissima, tum scientia, tum sanctitate fulserunt. Vnde non parū peius no-  
 stro seculo habet Ecclesia, q̄ hoc uersu dicitur, ubi mera ui, & tyrannide nulla  
 adhibita specie negatur labia hæc facis: quasi dicerent: Nō tua, sed nostra sunt la-  
 bria, nostra potestas docendi. Et Act. v. Præcipiendo præcipimus uobis, ne in  
 noie isto doceritis. Sic sacerdotes Anato Hieremix, sic Acha Elia, sic Amos  
 labia & potestas docendi. Cōtra quos ueri Propheta, cum nō negaret eorum  
 esse potestatem, dicerent aut eos errare & male docere: Opposuerunt argumen-  
 tum præscriptionis & potestatis simul, dicentes (Hier. xvij.) Non peribit lex  
 a sacerdote nec consiliū a sapiente, nec sermo a Propheta. Eadē prorsus forma, *Argumentum*  
 qua hodie arguunt, ex multitudine Doctorum, ex magnitudine auditorum, *modernorum*  
 ex longitudine temporum, ex indefectibilitate fidei Petri, ex ritu uniuersalis  
 Ecclesie, id est, eorū qui sua audiunt. His omnibus inflati dicunt: Nostra sunt  
 labia & præualent, cum his speciosissimis plausibilissimisq; rationibus popu-  
 larem sensum facile capiāt, sicut olim populum capiebant, hæc tria, lex in sacer-  
 dote, consiliū in sapiente, & sermo in Propheta.

Quis noster dñs est? Non hoc dicunt impij, q̄ negent se habere dñm deum,  
 quem unice iactant aduersus pios, cuius titulo & sua colorant & piorum bla-  
 sphemant. Sed, q̄ pios nolint sibi præferri & audiri, potestate docendi sibi tan-  
 tum arrogata. Habet quista oratio interrogatiua insignem inflatissimamq; con-  
 tentionem, qua sibi & suis fortiter persuadent, sese recte agere, & pios accu-  
 sant magnæ temeritatis, hoc modo: Ecce nos diuinitus positi pastores populi  
 & pro eis rōnem reddiduri, soli potestatem habemus docēdi, & ea quæ dicta sunt  
 a quocunq; iudicādi, quos oportet ab oibus audiri, & nos nullos audire, quia  
 ubi est (ut dicunt) maioritas, ibi est mandādi autoritas, certos uero manet obe-  
 diendi necessitas: Hic uero nouus propheta, in cœlū ponens os suū, nosq; do-  
 cere paratus, detrahit potestati, estq; irreuerētiā suis maioribus (sicut hodie  
 loquimur) nō habet satis nec audisse, nec obedisse, nec cōtētus alios nobis sub-  
 trahere, etiam super caput nostrum uult ascēdere, nosq; discipulos suos facere  
 & plane nri dominari: Nos ergo ista ferimus: hūc patiemur nobis dominari:  
 ille nobis leges statuet & modum præfiget: Et sicut Iudæi Ioan. viij. ad cæcum  
 natum dixerunt: Tu doces nos: Et psal. iij. Quis ostēdit nobis bona: Et Geñ.  
 xxxvij. fratres Ioseph ad deum: Nunquid rex noster eris, & subijciemur ditio-  
 ni tuæ: Hac inq; turgētissima & immanissima superbia Moab iste, superbia &  
 temeritatis accusat piorū humilima, pro uerbo dei, studia, interpretans id fieri,  
 dominandi & potestatis minuēdæ aut opprimēdæ gratia. Aut enim nihil ue-  
 ritatis est dicendum magnatibus, & offendetur diuina maiestas, aut si dicitur, *Nūcū uerita-*  
 nō ueritatis dicte gratia, sed læsæ maiestatis & imminutæ potestatis crimen ob-  
 tinebitur. Adeo necesse est, ueritatis nunciū semper offendere, uel deum uel *tis necesse est*  
 magnates homines. Idē ergo est dicere: Quis nri dñs est. Ac si dicāt, desine tu  
 Z iij uelle nos

*Verba magis  
 horū nostrorū.*

*Nūcū uerita-  
 tis necesse est  
 offendere.*

uelle nos docere, & nostra non audire, aut damnare, ne uidearis nō tam magister q̄ dñs noster uelle fieri. Sic Amasias (Amos. vij.) misit ad regē Israel, dicit Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel, nō poterit sustineretis uniuersos sermones eius, hæc enī dicit Amos: In gladio morietur Hierobeam &c. Ecce rebellionis reus & usurpator dñij ob solā ueritatem prædicatū. Quid hodie fieret si ueritatem Theologi (sicut debent) palam profiterentur?

*Impij recusāt deo subijci.*

& si cōtrarium fortiter simulant. Primum, q̄ omnis superbus & dominans potentia carnis deo subijci non potest. Deinde cum nuncios uerbi dei reijciunt & confundunt, simul deum reijciunt, qui misit eos. Sicut Christus ait Mat. vij. Non te, sed me abiecerūt, ne regnem super eos. Hoc modo Hiero. v. dicit: Negauerūt dominum, & dixerunt, nō est ipse, neq̄ ueniet super nos malum, gladium & famam nō uidebimus. Ita fit, ut simul pertinacissime iacent se habere deum pro domino, simul immanissima superbia eum abijciant in seruis suis & uerbo suo. Atq̄ ita species humilitatis apud eos, superbia apud pios fortiter patens, mouet stultum uulgum ad odium pietatis. Quare in spiritu propheta nos iubet impios inspicere, ibi enim, quia superbi uerbum crucis cōtemnunt, dicunt: Quis noster dominus est? quātumlibet foris sonent ad laudem dei; Soli deo gloria, & In nomine domini &c.

Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus, Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

Ex isto uersu duos fecimus. Pro miseriam aptius fuisse interpretatus, uastitatem, ut ad uersum primum referatur, ubi sanctos defecisse, & ueritates diminutas, seu finitas, hoc est, uastatas esse dixit, usq̄ ad reliquias istas, p̄pter quorum gemitum dicit se surrecturum, atq̄ ideo non omnes sanctos defecisse certum est, & hyperbole manifesta in uersu primo, apparet.

Consolatur itaq̄ seipsum propheta, promissione dei, in fide, certus q̄ superbiam contemptricem uerbi dei & uastitatem sanctorum & ueritatis, sit uisitata & populum suum seruaturus, ut sequentia ostendent. Sape iam dictum est sanctos dei אביונים אביונים Aenym & abionim, id est, pauperes & inopes dici in scripturis, ob quam personam maxime contempti sunt superbis, & respecti de affectata potestate & magisterio super eos, & odibiles ob rebellionē, irreuerentiam & inobedientiam, ut dicunt. Exurgere dominum, psalmo. iij. dictum est quid significet, scilicet effectum salutis ostendere. Exurge domine, saluum me fac deus meus. Sic & hic; Exurgam, & ponam in salutem. Nec sine pondere adiectum est, dicit dominus, quo promissio diuina commēdatur. Promissio dei ad excitandam fidem & spem nostram in afflictione eiusmodi. Nihil enim præciosissimū ciosius in tota scriptura, q̄ promissio dei, quæ nisi esset, nec operationi, nec fidei, immo nec uitæ, nec ulli rei locus esset. Promissio enim dei sustentat, & solatur nos in omni angustia carnis & spiritus.

Hiero. sic dicit: Ponam in salutari auxilium eorum. Quo miror, quid uelit, cum auxilium eorum, mihi hebræus non uideatur habere, & ipse idem uocabulum psalmo. ix. uerterit: Despicit, Ego non habeo quod tradam, ludam interrim pro meo ingenio. Vbi nobis: Fiducialiter agam, hebræus est eadē prorsus dictio, quæ psal. ix. dominabitur, uersa est, ibi: Omnium inimicorum suorum dominabitur,

dominabitur, ut eo loco diximus. Quare nō potest hoc loco in prima persona dici. Agi fiducialiter. Demus ergo huic medio uersui sua duo membra. Prius hoc: Ponam in salute. Posterius illud: Loquitur ei, seu ad eum. Prioris sit iste sensus: Ad hoc exurgā, ut ponam, seu erigam, seu statuam, salutē, hoc est firmam, stabilem, & quā nec portæ inferi queant couellere, parabo salutem, & sic salua ho, ut nemo mihi damnare, uastare, cōsummare sanctos meos ultra possit. Sic enim absoluta est oratio in hebræo: Ponā, id est firmiter statuam, firmum fundamentum iaciam, ero fundador. In salute, id est, ut fundatio ista nō sit diuitiarum, aut rerum mūdi, sed salutis, ut qui in ea ponētur, salui sint in perpetuum, & nemo rapiat eos de manu mea. Quæ sentētia uera, fere similis est illi Isa. xxviii. Ecce ego mittam in fundamētis Zion lapidem angularem, q̄ crediderit, nō festinabit: nisi q̄ breuior & obscurior est, petraq̄ inuicta omnibus qui creduntur, qui fundamētum salutis est firmum, petraq̄ inuicta omnibus qui credunt in eum, cuius nomē etiam a salute uenit, q̄ hic dicitur, אֲשִׁיחַ אֲשִׁיחַ אֲשִׁיחַ Aschith heicla, ponam in Iesu. Cui per Antithesin opponi subaudiūtur impij, non ponendi, sed propellēdi sicut uēnus, nec in salute, sed in perditionem & ruinam, sicut domus super arenā fundata. Promissionis enim uerbum est hæc pars uer- sus, consolans inopes & terrens impios, ut dixi.

Christus fundamētum credenti.

Posterius membri sensus erit iste, quem altera pars Isaici uerbi habet. Qui crediderit, nō confundetur. Ita hic, loquitur ei, id est, despicit illos, & cum fiducia loquitur uerbum crucis & fidei. Sicut psal. cxv. Apostolus Cor. iiii. inducit. Credidi propter quod locutus sum, & nos credidimus propter quod, & loquitur uerbum dei cum fiducia omni uolenti credere, nihil metuētes, q̄ tumlibet multas, ac potētes sectas hypocritarum, quod referente Luca Act. iiii. in Apostolis completum est. Quæ fide qui carent, nec hincere audent.

Quare hanc partem uersus obscurissimam breuissimamq̄ oportet tanq̄ spiritus futurum accipere, in aures Dauid acceptum, cui cū gerneret pro uastatione populi & fidei, respōsum est breui oraculo, quid nā deus in remedium eius mali cogitasset, scilicet hoc: Ponam in salute, loquitur ei. Hoc est, scito me ad uerbum uastationē sanctorum id moliri, ut fidei ponā fundamentum Christum in quo adificabo & saluabo Ecclesiam meam, contra quam illi nihil præualent, necq̄ aliq̄ credentem uastabunt, nec hoc contentus sum, erit enim ubi sic saluati fuerint, ut audeāt prodire in publicum, & loqui uerbum cū fiducia, quo nō modo sese tuebūt, sed etiā suos uastatores, uastabūt, multosq̄ cōuertent, qui se auerterāt. Et sic cōcordari iam omnia facile poterunt. Fiducialiter agam in eo, id est faciā eos fiducialiter agere in uerbo fidei. Quo modo Lucas in Actibus dedita opera usus uidetur hoc uersu, dicens. Act. ix. Paulum in Damasco fiducialiter egisse in noīe Iesu. Et. xiiij. Multo tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in dño. Et. xvij. de Apollo. Hic cœpit fiducialiter agere in synagoga. Est eidem Lucæ propriū, fiduciam prædicādi uerbum dei commendare: ut appareat eum, hūc uersum sibi hausisse assiduo uelut prouerbio. Quo autore pene moueor, ut credā uerbū hebræum אֲשִׁיחַ (q̄ psal. ix. exposuimus significare, id q̄ proferre, apparere, dominari, despiciere, & hoc loco p̄ Hiero. Auxilium esse, secū meditari & loqui) oīum propriissime significare, fiducialiter agere, q̄ noster interpret posuit, cū Lucas per fiducialiter agere, nō aliud intelligat, q̄ uerbum cū fiducia prædicare. Hoc est iuxta psal. cxv. credere & propter hoc loqui. Atq̄ id idē est (licet obscurius & breuius) despiciere, dominari, apparere,

Fiducialiter prædicare.

Credere, & propter hoc loqui.



apparere, meditari, loqui, auxilium nostrū esse. Qua enim alia tui despectu  
dominamur, apparemus, meditamur, loquimur, auxilium habemus, quā  
fidei cum fiducia euāgelizato: Proinde sicut impius inimicorum lucem  
minatur, & cum fiducia cōtra eos loquitur uerbum suum: Ita pius suorum  
minatur, & cum fiducia contra eos loquitur uerbum dei.

Quibus iterum docemur, uirtutem Ecclesie, non esse aliam, quā uerbum dei,  
quod uirtus dei est in salutē omni credenti, Ro. 1. Et uirga uirtutis dei, p̄  
saluabo eos in arcu & gladio & bello, & in equis & in curribus. Quare in  
ma huius uerbus sensus est, pijs aduersus impios, quos illi uastant, & im  
fidem, & uerbum, Fidem, qua saluantur ipsi. Verbum, quā uastat impios, & im  
Pij aduersus impios habēt, tiplicant sanctos & ueritates in hominibus, quos illi uastant, & im  
fidem, & uerbum, Ponom in salute, seu salutari, Verbum, cū dicitur, Fiducialiter agere  
in eum, seu loquitur ad eum (ut heb. habet) In quem & quis loquitur, nulla hic  
persona significat, adeo absoluta & generalis est sententia, ac si dicat: Ponom  
in salute, seu fide firmabo: Et ecce hoc ipso est, qui loquitur. Quamprimū  
enim aliquis credit, mox & loquitur Act. iij. Repleti sunt spiritu sancto, & ce  
perunt loqui. Nec illū cui fit locutio designat, propter eandem generalitatem.  
Loquitur ei, seu in eū, scilicet impiū, seu impios uastatores. Atq; ita posita fide,  
est qui loquitur & qui audit, sequiturq; fidei donum, tū locutio, quā auditio, qui  
bus duobus multiplicatur misericordia & ueritas. Obserua autē & illud, quā po  
nere in salutem, est operatio solius dei, loqui autē impio, cooperatio nostra est.  
Ideo, illud sibi, hoc homini tribuit, quod tū ipsum nostra trāslatio deo tribuit,  
dum psona prima dicit: Fiducialiter agā. Vide ergo quā breue, obscurū, plenūq;  
uerbū sit, hic medius uersus. Cōueniebat autē, ut cōiūctio, & interponeret sic:  
Ponom in salutari, & loquitur ei, pro uitando hebraismo.

Similem sententiam psal. cix. tractat: Quid detur tibi: aut quid apponetur  
tibi ad linguam dolosam, scilicet quæ facit, ut deficiat sanctus, & ueritas in ho  
minibus: Respondet: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorum,  
id est uerba Euangelicæ gratiæ, cum exemplis antiquorum patrum, qui Euan  
gelio consonant. Scriba enim doctus in regno cœlorum, profert noua & ue  
tera. Et Christus cibatur turbas, quinq; panibus legis Mosi expositæ in spiritu,  
& duobus piscibus, id est, patrum exemplis eadem spiritali lege mortificatis  
& geminæ charitatis igne assatis. Verum nemo ordinis obliuiscatur, quā prius  
est: Poni in salute, quā loqui in eum, seu fiducialiter agere, quā prius est crede  
re & ardere, quā docere & lucere, si modo cum fructu & fiducia uelis docere. Si  
ne fide enim salutis uerbum non docebitur. Tempore persecutionis credidi,  
inquit, propter quod locutus sum.

Eloquia domini casta, argentum igne examinatum, probatum  
terræ, purgatum septuplum.

Per Antithesin & contentionem hæc accipienda sunt, qua uerba hominum  
& uerba dei componit: illorum uana, blanda & uaria, quibus tamen non casti  
ficantur, sed magis polluantur in spiritu, per quæ deficiunt misericordia & ue  
ritas in hominibus. Dei autem, casta, pura seu munda, tum aspera, sed proba, si  
delia & solida, quibus mundantur homines, & rursum multiplicantur miseri  
cordia & ueritas, uastanturq; uanitas, dolus & discordia.

Aperit

Apert autē hic uersus Allegoriā argenti, qua & uitur in paradigma, uo-  
 rans eloquia domini, argentū examinatum, probatū, purgatū septuplum, Cū  
 reuera in oculis impiorū, uix scoria periplima & purgamenta mūdi sint, qui-  
 bus se inquinari & dehonestari arbitrant. Sic contra, uerba eorum uana, blan-  
 da & uaria esse pronūciauit, quibus perdunt misericordiam & ueritatem, quæ  
 illis sōge aliud uident: utrobicq; in spiritu loquutus. Nō autē eloquia dñi tantū  
 ea quæ in libris scripta sunt intelligit, sed multo maxime quæ uoce proferunt, <sup>Eloquia dei</sup>  
 quæ sint. Sicut de impiorū uerbis, dixit: Vana locuti sunt, & labium blandum uni-  
 cuiq; ad proximum suum, & diuiso corde locuti sunt. Ita non scripturam dei,  
 sed eloquia dei, potissimum casta uocat. Non enim tantum nocet, aut prodest  
 scriptura quantū eloquium, cum uox sit anima uerbi: nec est necesse, eloquia  
 domini tantū ea intelligi quæ de scripturis in uocem assumunt, sed quæ cumq;  
 deus per hominem loquitur, siue idiotam, siue eruditum etiam citra scripturæ  
 uisum: Sicut in Apostolis locutus est, & adhuc loquit in suis. Quare eloquia  
 domini sunt, quando dominus loquitur in nobis, non autem quando scriptu-  
 ram quislibet adducit, quod etiam demones & impij possunt, in quibus tamē  
 deus non loquitur, nec iam sunt eloquia dei, sed spuma eloquiorum dei, sicut <sup>Spuma elōa</sup>  
 scoria argenti. <sup>quiorū dei.</sup>

Igitur remedium salutis, aduersus uastatores inopum, & consumptores san-  
 ctoꝝ in terra, est uerbu dei, cōtra uerbu hominum suscitatu. Quod cum sit  
 purissimum, sicut argentū defecatū, probatum, & septies purificatū, purifi-  
 cat, consolidatq; ac probat cor hominis, faciens sibi simile, ut nihil sapiat quæ  
 sua sunt, & super terram, sed quæ dei sunt, & in caelis.

Verbum autē hominū scoria & argenti huius spuma, specie aliqua argentū <sup>Verbū homi-</sup>  
 mentitur, sed uanū, deinde nō solum non mundū, sed ipsa immundicia est, cū <sup>num.</sup>  
 sit purgamentum argenti: hoc est, eloquia dei simulat se docere, cū omisso eius  
 puro, uero, germanoq; sensu potius spumam, seu scoriam, reliquamq; fecem  
 doceant. Quæ ut est ipsa immundities, ita nihil mundat, nec probatum fidele  
 ut facit, Sic Isa. j. Argentum tuum uersum est in scoriam, & uinū tuum mixtū  
 est aqua. Exemplo aliquo id mōstremus. Non occides, nō mœchaberis, & si <sup>Nō occides.</sup>  
 inilia eloquia dei (ut taceā ceremonias humanas) si sic doceas, ut nō occidisse,  
 nec adulteratū fuisse quēq; dicas, nisi patrato opere ipso occiderit, aut adul-  
 teratus fuerit, scoriam impuram, uanam, uagam pro solido, probo, puroq; ar-  
 gento docuisti, cum spiritu & uoluntate opus homicidij & adulteri interim  
 asse. ter, & ab alijs factum, nō doleat, nec arguat, sed rideat, uel canter potius:  
 Sicut est mos, immo mors cōmunis hominū, quo omnes sunt uiri sanguinū.  
 Ecōtra, si orantē, ieiunantē, aut quodlibet opus bonū secundū facti substantiā <sup>Deū colere.</sup>  
 (ut nūc loquunt) operantē, doceas dei cultorē esse & sabbatū seruasse: Iterum  
 doloso labio, scoriā pro argēto docuisti, cū hæc omnia uel inuito corde, uel sui  
 cōmodi affectu, hoc est, sine spiritu fecerit, ac per hoc non fecerit, sed uir dolo-  
 sus inuentat, sicut & hic mos siue mors est hominum cōmunis, quo sunt uiri  
 dolosi, nō solum nō arguētes ista, sed pro uirtutibus iactantes, cantātes, glori-  
 antes. Ac per hæc iam deficit sanctus, finiturq; ueritas in hominibus. Lex enī  
 spiritualis est, ideo his uanis labijs & dolosis non docetur, sed extinguit potius.  
 Similia de omnibus alijs quislibet obseruet in tota scriptura.

Apte autē hic uersus sequitur præcedentem (ubi dixerat: Et loquitur ei) de-  
 monstraturus quis, & quæ loquatur, nempe deus sua eloquia mūda. Et, ut ad  
 grāmatica ueniamus, non est in heb. casta pprie, sed mūda, licet Metaphorice,  
 castum

castum, pro mundo sapius accipiatur. Nec de munditia grammatica loquendum, quantum & hæc non desit eloquijs diuinis: nec de sensuali, aut mortali sapius de rebus fœdis, ac pudendis (ut uidetur) tractet. Sed de Theologia affectuali, qua hominẽ similem sibi factura, ab impuris affectibus sola purgans, quibus nemo fœdius polluit hominem, quã humani dolosi doctores, iustitiam docentes, & immundos affectus etiam augentes insuper & in flantes, ut de fordidibus suis glorientur, nedum purgentur. Non enim mundatur ullius cor, nisi uerbo dei, fide suscepto. Actuum. xv. Fide purificans corda eorum. Et psalmus. xvij. Lex domini immaculata cõuertens animas. psalmo. l. Asperges me domine yfopo & mundabor.

Ignem examinatum, Noster adiecit, igne. In hebræo tantummodo est: Argentum sublimatum, seu liquatum, seu probatum: quod quia per ignem fit, adiecit interpres lucis gratia. Probatum terræ, omnes fere uolunt græce dictum, dicentes, probum syncerumque terra, seu a terra: sicut dicitur mundus a sanguine. Et Hieronimus. transfert separatim a terra. Vbi terram uaria tropologia tractant. Verum ego prorsus hic cæcutio, certum est, terræ in hebræo esse datiu casus, qui transierit possit ad terram, melius, quã a terra. Deinde Reuchlin dicit אֶרֶץ אֶרֶץ (quod non sibi probatum transfulerunt) esse uasculi nomẽ, in quo liquantur metalla, cui additur præpositio, in, quasi sic uertat hæc partem. Argentum liquidum in liquatorio terræ, siue ad terram, quod sonat in rem, & ad usum terræ, hoc est, quo utantur, qui in terra sunt, scilicet homines. Quæ si uera essent, opinari liceret prophetam a re argentariorum sumpsisse Allegoriam (sicut fere fit in prophetis omnibus) & mysterium eius in eloquijs dei iussisse.

Argentum enim nullius est usus in terra, nisi liqueatur, & pbeatur, primum, ut argentum terræ, distinguas ab argẽto fouearum, uenarum, & minerarum. Liquidum autem ad hunc usum non potest, nisi per ignem, nec per ignem, nisi in uase.

Argentum in uenis.

Harum rerum nunc reuelemus Allegoriam. Eloquia dei in crassa littera & sensu carnis circa crucis sensum dicta, aut scripta, argentum est in uenis. Sicut Iob. xxvij. Iudic. Habet argentum, uenarum suarum principia, aut repositum in massa rudi. Sicut Dauid figurauit, quando Salomoni omnes præparabat impensas ad templum struendum. Sed nihil utilitatis est hominibus terrenis in isto thesauro abscondito, ut Ecclesiast. ait. xx. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisque donec proferantur in medium, & impugnantibus impijs, hæreticis, demonibus probentur. Credentes autem sunt uasculum istud fictile liquatorium, in quo portat thesaurus iste, probatur, quia certam forte dedit ei, ut uinceret, & sciret quomodo omnium fortior est sapientia. Sap. xvj. Sic autem probato per ignem uerbo dei, & fide in uento, multis prodest hominibus per prædicationem eorum qui probati sunt. Hoc Apostolus. j. Cor. xj. tetigit, ubi dixit: Oportet hæreses in uobis esse, id est, ignes liquatores, ut qui probati sunt (id est, uascula in quibus argentum eloquiorum dei exercet) manifestentur inter uos, facti sal terræ, & lux mundi, id est, terræ luceant hominibus ad laudem dei, prouocatis, & sic eiusdem argenti usum adiutis, ac locupletatis. Hoc est certe quod dicit hic terræ, seu in rem terræ. Hanc liquationem & probationem uerborum dei, quia impij in seipsis exhorrent, & scandalum crucis non sustinent, quarunt hominibus placere, facti uaniloqui, dolosi, deceptores, inconstantes. Sicut Apulus ad Gal. disputat, & hic psalmus dicit. Non ergo intelligit, nec fructificat eloquium dei, nisi mortificatis, & tribulatis nobis, hoc est, nisi propter uerbum fortiter impugnantis, & retatis, non enim tam nos, quã uerbum pauit in nobis.

Eloquium dei quando fructificat.

Ad hunc

Ad hunc sensum nostra translatio potest duci, prateritis aliorum glossis. Ita, qui experimeto, fidelitatem, uirtutem, puritatem eius cognoscentes, confidunt in eo, & amissa foeda illa omnium rerum fiducia, quam illi docet impij, solius uerbi purissimi, purissima fide purificantur. Et sic terra manet propiuslime da  
 niu casus, sicut est tam in graeco, q̄ hebraeo.  
 Purgatum septuplum, Hic de septenario donorum spiritus profundius tra  
 ctant, q̄ mea tenuitas, ac negotium literae ferat. Ego septuplū simpliciter pro  
 perfectissime accipio. Septem enim numerus uniuersitatis est. Et nescio, an ea  
 hic argenti purgationē tangat, qua non in uase liquatorio, sed in cinere ossiū, <sup>Septuplum.</sup>  
 appolito plumbo purgatur ad plenū & purissimum. Et q̄ mirabiliter ludit sa  
 ptiarum eloquia, cum sicut plumbum argenti, ita & ipsa diuinorum eloquio  
 rum similia sint, tamē in igne persecutionis, sic exercent, & exercentur simul,  
 ut sicut plumbum euanescit, & argentū purgatur, ita in fine tandem elucescat  
 uera sapientia, & nihil fiat insipientia eorum (ut Apostolus ad Timoth. ait)  
 Sic enim proficit speciosissima impiorū doctrina, dum resistit pietati, ad glo  
 purgationē liquatorii, & suam ignominiam. Quare non fuit absonum priorem  
 & falsis fratribus dari, qui nobiscum, ut plumbum cum argento in eodem ci  
 nere & uase, ita in eadem Ecclesia, & mortuorum patrum, martyrumq̄ uesti  
 gijs exercentur. Tyrāni autē foris, sicut folles liquatorium, exercent.  
 Ita uidemus, q̄ propheta operibus detrahat & omnia fidei tribuat, dum elo  
 qua dei munda allerit, simul argutissime reprehendens eos, qui operibus mū  
 dari uolunt. Quid enim prodest multa operari, si non munderis? At nusq̄ est <sup>Fides purgat</sup>  
 munditia, nisi in eloquijs dei, & eloquijs dei nemo mundatur, nisi credens, ne <sup>operā,</sup>  
 mo autem credit, nisi patiat magis, q̄ operetur. Quibus efficitur, q̄ uita pu  
 rissima & sine peccato, nō stet in operibus, sed in fide uerbi & passionibus.  
 Sed cur argentum magis q̄ aurum eloquijs dei comparat? Aurum proprie  
 charitati in scripturis comparatur, cuius natura in igne alia est, q̄ argenti, de  
 quo dicemus infra.

Tu domine seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in  
 æternum.

Poterat melius per optatum dicere: Serues, custodias, cum reuera sit ora  
 tio prophetae aduersus generationem iusticiariorum. Et quanq̄ non differant  
 adeo, seruare & custodire, tamen hebraeus, seruabis in posteriore, & custodies  
 in priore parte ponit, sicut & Hieronymus facit. Petit enim, seruari a genera  
 tione, prohibendi modo sic, ut nos prohibeamur ne cōsentiamus eis, & custo  
 diri eloquia sua protegendi modo, ne illi ea polluant. Pro seruabis nos, serua  
 bis ea, in hebraeo est, & ad eloquia dei pertinet, ut Hiero. transfert. Sed potest  
 forte, ad sanctos etiā referri, cū sit generis masculini, seruabis eos, Nec hoc reie  
 cerim, si quis seruabis eos, de impijs accipiat, ut deus eos seruet, & prohibeat,  
 ne deinceps uana loquant, & perdant sanctos a filijs hominum.

Videmus autem non nostrae uirtutis esse, ut eloquia domini casta maneat,  
 & sancti non deficiant a terra, sed diuinæ. Tu domine, non nos homines ser  
 uabimus, Sicut docuit Christus, Messis multa, operarij autem pauci, rogare do  
 Aa dominum

minum messis, ut mittat operarios in messem suam. Idem nos in oratione  
 minica iussit orare, dum panem nostrum quotidianum, id est, eloquia dei  
 cui petere. Nos uero posita oratione, fidentes literis, ingenio & studio, se-  
 re agimus, donec ipsi facti simus qui uana loquimur & generatio impia & op-  
 hic custodiri petit propheta. Vnde colligitur, psalmum istum, & si ad tempo-  
 Christi propriissime sicut omnia referatur, tamen, quia generatio ista non pro-  
 teribit, donec omnia fiant, etiam ad nostra & omnium secula pertinet. No-  
 stro sane seculo Turcæ, Iudæi, Cerimonistæ hanc generationem strent. No-  
 gent, & fere omnem fidem & uniuersum uerbum fidei supplantauerunt  
 tra quos non est quod agamus, nisi, ut oremus dominum messis, ut exage-  
 positurus salutem, & locuturus ad eos.

In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam multi-  
 plicasti filios hominum.

Verbum multiplicasti, in hebræo non est. Hieronymus sic: In circuitu impij  
 ambulant, cum exaltati fuerint uilissimi filiorum hominum. Ego hunc uerum  
 arbitror nondum esse de tenebris ab ullo erutum, sicut nec illud quod superius  
 dictum est, probatum terræ. Vtriusque huius loci ignorantia cōfiteor, & omnibus  
 alijs tribuere eandem nihil uereor, qui hucusque scripserunt.

Pro altera parte, noster dixit, secundum altitudinem, sed pronomen, Tu,  
 superfluit, & Hiero. ait: cum exaltati fuerint. Omnino ergo altitudinis uoca-  
 bulum hic esse oportet. Mihi uidetur esse uerbum primitiuum actiuum זללתי Rom,  
 id est, exaltauit, seu eleuauit, inde me iudice uertitur sic: Sicut exaltauit uilissi-  
 mos filios hominum. Nam ubi nos multiplicasti habemus, heb. זללתי Zylloth  
 femino genere dicitur, quod significat, uiles, abiectos, leues homines, qua-  
 les sunt epulones & ganeones, nam hebræis & ij qui conuiujs & luxu uo-  
 cant, זללתי Zolleim dicunt masculino genere, ut sic sensus: Generatio ista  
 circumdedit impios magistros & ambulant simul, sicut ipsa eleuauit & uoluit  
 eos qui uilissimi sunt etiam filijs hominum, seu inter filios hominum, hoc est,  
 impios discipulos congregat, & uilissimos magistros exaltar, quales discipu-  
 los, tales magistros, ut cæci cecos ducant, & ambo in foueam cadant. Quæ uer-  
 sus sententia, si ullo tempore impleta est, nonne hodie impletissima est? Quis  
 enim hodie Ecclesiasticis gubernaculis, præficitur nisi sex mundi? Scilicet qui  
 bus mundus uel uti, uel frui non potest. Atque id merebatur impia ingrati-  
 do nostra.

Magistri im-  
 pij uentrem  
 curant.

Iterum hic uidemus impijs magistris tribui, uentris curam, sicut psal. v. Se-  
 pulchrum patens guttur eorum, dixit. Et Apostolus: Ventrem deum eorum  
 signauit, dum Zylloth, id est, Epulones odiosissimo nomine eos appellat,  
 qui non nisi uictum querant. Nec frustra uidetur unum lamed deficere, in uo-  
 cabulo Zylloth, & litera uaf, in uerbo צרם Crym, quasi utrinque speciem esse,  
 re ipsa deficiente, cum reuera non sint exaltati, & ipsi longe alius quam epulones ha-  
 beri uelint, sed hæc cabalisticis, seu potius curiosis & otiosis.

Nostra trans-  
 latio.

Nostra translatio potest huic sententiæ sic aptari: In circuitu impijambu-  
 lant, id est, multi undique circumdantes & circumdati, tam discipuli, quam magistri  
 impij, ambulant & perseverant in uijs suis, quia tu multiplicasti filios homi-  
 num secundum

IN PSALMUM XII

num secundam altitudinem tuam, id est, in locum potestatis tue constituisti non filios dei, sed filios hominum, eosque non qui rari & boni sunt, sed multos & qui vtilissimi inter eos sunt. Sancti patres, filios hominum, ad filios dei referunt. Et altitudinem, alij secretum consilij, alij gratiam & misericordiam dei sine merito hominum datam putant. Quorum sententiam non damno, sed licet veralem esse non credo.

PSALMVS DVODECIMVS,  
hebraeus tertiusdecimus,

Ad victoriam psalmus David.

**V**squequo domine obliuisceris me in sinem:  
Vsquequo auertis faciem tuam a me:  
Vsquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo  
per diem:  
Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

*Vsquequo domine obliuisceris me in sinem. vsquequo auertis faciem tuam a me? vsquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem. vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respice, responde mihi domine deus meus, illumina oculos meos nequando odormiam meo. Nequando dicat inimicus meus per uultu aduersus eum tribulantes, me exaltatum quem lapsus fuerat. Ego autem in misericordia tua speraui, exaltabit cor meum in salute tua cantabo domino quoniam respicit mihi.*

Simplicitas ista hebraea magis placet, & non nihil ad affectum facit, qua repetit quater idem uocabulum, usquequo, pro quo uarietatis amans interpres, in tertio loco, quod diu posuit, nec sine affectus iniuria. Generalis sententia psalmi esse uidetur, in persona eorum dicti, qui similia David patiuntur, hoc est mortem & infernum, qui affectus psalmo sexto similis est: nam & hic mortem allegat, & pugnat cum desperatione, misericordiam dei praedicans. Quod & indicat uehementissimum exordium, quod quatuor quaestionibus contentiosis & acerbis prouit, cum enim in omni tribulatione mora sit grauis, in hac spirituali est grauisissima. Adeo ut psal. vii, dicat: In ueteravi inter omnes inimicos meos. Et psal. xxxj. Quoniam tacui, in ueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Ita & hic quater expostulans nimiam dilationem diuini auxilij, queritur sese in finem derelictum, immo obliuioni datum, hoc est, desperatum & nunquam recipiendum, sic enim apparet in hac pressura aeternae mortis constitutus. Emphasis itaque est in singulis uerbis, quibus iratum deum exprimit, quantum est in sensu & affectu spiritus: Non solum me derelinquis tanquam periturus & obseruaturus, sed etiam obliuisceris tanquam extinctum, deletum de libro uitae & memoria tua, reprobatum penitus nunquam uisurus, nec hoc ad tempus, sed in fine & aeternaliter, ut nihil reliquum sit spei, quin sim cum damnatis perdedus in aeternum: Quod si etiam hic clamem ualidissima uoce & inuocem te, ecce non modo non exaudis, sed etiam, ne audias, auertis faciem tuam a me, factus inexorabilis.

*Pro patientia  
bus mortem &  
infernum.*

Nonne apertis uerbis hunc asperrimum & amarissimum affectum pingit, qui deum undique auersum, aduersarium, implacabilem, inexorabilem, aeternaliter iratum sentit: Hic enim spes desperat & desperatio simul sperat, uiuuntque solus ille gemitus inenarrabilis, quo spiritus interpellat, incubas super aquas te. Gemitus inenarrabilis optas, ut Gen. i. dicat. Nemo haec intelligit, qui non gustarit, non agunt inenarrabilis haec obiectis & phantasmatibus, sicut speculatores ludere possunt quieti, sed in timo immortalis uitae, id est, animae sensu: Immortalis est quae patitur, immortalia sunt

Aa ij lia sunt